



THE CATHOLIC UNIVERSITY OF EASTERN AFRICA

A. M. E. C. E. A

P.O. Box 62157

00200 Nairobi - KENYA

MAIN EXAMINATION

Telephone: 891601-6

Ext 1022/23/25

SEPTEMBER –DECEMBER 2021

INSTITUTE OF CANON LAW

REGULAR PROGRAMME

JC-L 316: LATIN V

WRITTEN EXAMINATION

Date: DECEMBER 2021

Duration: 3 Hours

INSTRUCTIONS: Answer Question ONE and any TWO Questions

Translate into English the following text:

Hodie Marcus prave et foede ea, quae magister in ludo dictabat, in tabula sua scribebat. Nec tranquillus in sella sua sedebat magistrum audiens, sed clamabat et res stultas dicebat.

Ecce nunc domum suam petit et epistulam affert. Illa epistula est magistri Diodori, in qua magister iratus scribit: “Marcum discipulum improbum et pigrum esse’ eumque reprehendit. Cum pater Marci hanc epistulam leget non laetabitur, sed Marcum reprehended et puniet. Marcus patrem timet. Tunc non ad patrem, sed as Zenonem it. Zeno est servus doctus, qui in familia patris Marci vivit atque Latine et Graece scit. Zeno legere, recitare et acribere potest, vel calamo in charta, vel stilo in cera. Marcus Zenonem interrogat: “Potesne mihi epistulam scriber, et patri meo dicere ‘Marcum industrium et probum discipulum esse’?”

Paucos ante dies Davus et Leander, duo ex servis Iulii, qui ad oppidum Tusculum ierant, iuxta viam quae dicit ad tabernam ubi gemmae pulcherrimae emi possunt cruentam pugnam viderunt inter duos homines, quibus vestes cruore sordidae erant. Causa pugnae non erat facilis intellectu; sed cum alter alteri dixit ‘canem suum catenam ferream rupisse’ Davus intellexit canem pallium scidisse genuque momordisse hominis pugnantis, cui nomen erat Syrus. Eum Davus iam Romae cognoverat, at difficile erat eum recognoscere, quod propter timorem pallebat.

Tabellarius domum Iulii venit, qui epistulam Aemiliae attulit. Ianitor eum primo in villam admittere nolebant; ille tamen intravit et epistulam ostendit ostiario; qui statim epistulam prehendit et ad dominam suam in atrio sedentem tulit. Aemilia ceram aspiciens signum amicæ suæ cognovits, cui nomen erat Metella.

Nox est, luna lucet in caelo sereno inter stellas minors. In villa omnia silent, nec tam Aemilia bene dormit; somnus eius valde turbatus est. in somnis enim foedam nutricem videbat, cuinovum infantem suum dederat; sed illa nutrix parvulum infantem male curabat; neque enim infantem sodidum lavabat aut vestem eius mutabat neque satis lactis ei dabat; itaque infans semper vagiebat neque dormire poterat. Nutrix vero infantem vagientem sorididis minibus prehendit atque ridens “Infantem tuum in flumen iaciam!” inquit matri miserrimae, quae eam retinere conabatur...

DTE DEC 2021

END